 Inq; suā hūc duxit Turrim, atq. in limine anhe  
 Spōsum vlnis cōplexa silens, iā tumq; fluentem  
 Aequoreis spumis, Eō salso rore, repostum  
 Virginei in thalami duxit penetrale, madēsq;  
 Detersit corpus, resecōq; nitentia olio.  
 Perduxit membra, Eō pelagi repressit odorem.  
 Mox sponsum cupide complexa cubilibus altis  
 Tum quoq; anhelantē dulces dedit ore loquelas.  
 Sponse

Spōse tuus labor ingēs, quale, haud alter iniret,  
 Sponse tuus labor ingens, salsa tibi satis vnda,  
 Squāmeus, & fætor resonatis maxima Pontis.  
 Hoc depone tuos gremio mi sponse labores:  
 Dixerat hac Hero, soluitq; hic vincula Zona  
 Protinus, & sacra subierunt iura Cytheræ.  
 Sed caruit chores Hymen, & lectulus hymno,  
 Coniugium sacro cecinit non carmine Vates,  
 Nullius thalamo fulserunt lumina tæde,  
 Non alacris quisquā mouit vaga corpora saltis,  
 Non hymenæ de more sacrum cecinere parentes,  
 Puluinar sponsæ strauere silentia, in horis  
 Coniugij, sponsamq; ornauit noctis imago:  
 Nox erat ipsa quidē illis pronuba, nec potis vñq;  
 Sponsum Aurora fuit molli deprehēdere lecto,  
 Rursum enim aduersi ad pupulos enabat Abydæ  
 Nactis adhuc spirans non expletus hymenaos.  
 Hæc q;s suos Heros calabat cuncta parentes,  
 Per lucem virgo, mulier nocturna, sed ambo  
 Sæpe simul spectare diem optauere cadentem:  
 Sic illi magnum calantes impetum Amoris  
 Mutua furtiva Veneris clam gaudia inibant,  
 Attamen exiguo vixerunt tempore, longum  
 Multuagos nec posse datū exercere hymenaos.  
 Nam gelidae ut primū venerūt frigora bruma,  
 Horrēdas quæ hyemes rapido cū turbine miscet,  
 Sedibus eximis mare, fundamentaq; venti  
 Sæua procellosi spirantes flabra ruebant,  
 Undiq; vorticibus pulsantes aquor, & inter  
 Hæc hyemē emissā, infidū & fugiēs mare, pup-  
 Lam piceam ancipiti collisi nauita terra, (pim

Sed ten̄ō pelagi, atque hyemis generose Leāder  
 Detinuit timor, è celsa sed nuncius Arce  
 Ad consuetā vocans temnialuce hymenai  
 Impulit insanum fastu contemnere Pontum,  
 Ferreus ille quidē atque infidus, debuit autem  
 Dum superaret hyems, Herocaruisse Leandro  
 Nequaquam accendens perituri sydera lecti:  
Verum Amor, & fatū traxit crudele, facemq.  
 Nescia fatalem accedit, non lumē Amorum.  
Nox erat, horridus cum feruent aquora ventis,  
 Dira procellosis qui miscent prælia flabris,  
 Cum fremituq. ruunt effusi ad littora, magno  
 Tunc desiderio flagrans Leander Amantis  
 Ad resonos properabat, & aquoreos hymeneos,  
 Iā fluctū fluctus pellit, fit magnus aqua mons,  
 Et mare miscetur Cælo, quatit vndique terras  
Ventorum pugna, Zephyro contrarius Eurus  
 Spirat, & in Boreā minitādo fulminat Auster,  
 Et tonat aquoreæ fragor haud superabilis vnda:  
 At miser in rapido Leander vortice supplex  
Sæpius aquoreæ suspendit vota Cytheræ,  
 Et dominum pelagi Neptunum sape fatigat  
 Vocibus, & raptæ desertorem Orithiæ.  
Nō tamē ullus opē tulit, et iā haud fata morari  
 Quiuit amor, tumidi rapiunt nāq. vndique flu-  
 luctatūq. ferunt, defecit fracta pedū uis, (ctus,  
 Iā manuum ualida nequeunt subsistere uires,  
 Guttur & effusi subiit uis plurima Ponti,  
 Tristiaq. insani salis hausit pocula, ventus  
 Crudelis infidū iam extinxit flamine lychnum,  
 Atque animā misera simul ardoremq. Leādri:  
At dures

At dū nec naret adhuc oculis uigilatibus Hero,  
Semper spinoso curarum fluctuat astu,  
Vt lux alma data est, nec sponsum conspicit illa,  
Undique prospectum vasto petat aquore, si qua  
Iactatum pelagi videat persalsa maritum. (tē  
At mox lychno extincto, ut Turris ad imacare-  
Luce uirum aspexit, perfractos cautibus artus,  
Purpuream tenero discindens pectore pallam  
Cum gemitu & herea se preceps misit ab arce,  
Et super extincto consumpsit fata marito,  
Suntque etiam extrema coniuncti in funere  
Amantes.



EPITAPH. MVSÆI  
EX GRAECO.



 A R A M habet Eu-  
molpi sobolem Pha-  
lerica terra  
Musæum , extinto corpore  
in hoc tumulo .



GALEO-

GALEOMYOMACHIA,

I D E S T ,


FELIS, ET MVRIVM PVGNA

INCERTI AVTORIS,

Latinis versibus è Græco  
conuersa

A FABIO PAVLINO  
VTINENSI.

CV M PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

---

*Apud Hæredes Francisci Ziletti.*

M D LXXXVII.

APROBADO Y FIRMADO  
EN LA FECHA DE  
AGOSTO DEDICADA  
A LA CONSTITUCIÓN  
DE LA NACIÓN  
Y A LA  
CONSTITUCIÓN  
POLÍTICA  
DE LOS ESTADOS UNIDOS  
AMERICANOS

AD ILLVSTRISS.

VIRVM

IVSTINIANVM

IVSTINIANVM,

Senatorem amplissimum.



FABIVS PAVLINVS.



R A V E est onus  
homini pudenti, &  
grato, præclaro ali-  
cui viro plurimum de-  
bere, præsertim si nul-  
la, aut pertenuis spes  
ostenditur fore, ut pa-  
rem, aut aliquam omnino aliquando possit  
illi gratiam referre, quare non iniuria sa-  
pientiss. Socrates ad Archelaum Regem ac-  
cedere recusauit, cu diceret nolle se illius  
beneficijs auctiorē fieri, cui par pari redde-  
re posse desperaret, sed unicum solet esse in  
bac cura solarium, si testatum apud omnes  
homines

homines, & beneficium præsertim illum  
 Virum possit relinquere grati animi me-  
 moriam, & referendæ gratiæ volunta-  
 tem, qua vna contenti sunt magni Viri,  
 satis enim (ut dixit Cicero) gratiam qui-  
 habet, in eo ipso quod habet, refert. Id  
 mihi vsu uenit in te Illustriſſ. IVSTI-  
 NIANE, cuius ego officijs tantum me  
 esse dcuinctum fateor, vt nulla sit reli-  
 qua spes vlo me tempore exoluendi. Tu  
 enim (ut omittam nunc quod commune  
 mihi est cum Patria, quam cum illi præ-  
 eras ita optimis firmasti institutis, ita mo-  
 deratus es, vt illius beneficij memoriae  
 nulla vñquam allatura sit finem ætas)  
 me singillatim in clientelam, & fidem  
 tuam receptum meis temporibus adiuui-  
 sti, Tu princeps, & autor meæ salutis  
 fuisti, Tu me ab his fluctibus, & procel-  
 lis quasi diuina manu eduxisti, quæ ex  
 alto coortæ in meum caput redundantes  
 profecto cum summa rerum omnium ia-  
 citura obruissent, nisi fluctuanti iam mihi  
 humanitatis tuæ, & præsidij lumen af-  
 flesiſſet. Nono igitur generi meritorum  
 nouum

nouum opusculum nunquam alias (quod  
sciam) Latine locutum Galeomyoma-  
chiam ab incerto auctore ad Homeri imi-  
tationem conscriptum, merito deberi vi-  
sum est, ad testificandam non nouam, sed  
veterem Paulinorum omnium in te obser-  
uantiae magnitudinem. Tu pro tua hu-  
manitate munusculum non aspernare, &  
perleatum cum tibi summæ tuæ, & gra-  
uiissimæ occupationes, aliquid temporis  
impartient Marco filiolotuo maxima sum-  
me virtutis spe puerò, quem Utini na-  
tum nos omnes Utinenses singularem no-  
bis olim futurum patronum auguramus,  
donabis, ut ludicri poematis delectatione  
delinitus ad studia fiat alacrior. Vale, &  
me in tuorum esse numero non recuses.  
Ven. Id. Oct. 15 XXCVII.

ARGV-

**GALEOMYOMACHIAE**  
*Argumentum.*

**C**V M Muribus imperaret quidā nomine Creillus, qui in Cauerna quadam tenebricosa, & vndique circumsepta commorabatur, & Feles cursim hinc, & inde excurrēs circumspiceret, huiusq; de more cursum indagaret, Creillus cum assiduam huius observationem ferre æquo animo nō posset, cognatum conuenit, qui Tyroclopi sibi dignitatem vindicabat, & hoc consiliario vsus, quo pacto posset eam profligare, bellum illi atrox inferre decreuerunt, & cum plurimorum Murium turmas, vterque congregassent, & has admonuissent, & vehementer essent cohortati, vnanimiter statim aduersus eam contenderunt, & cum vtrique essent collata signa, Feles Creilli filium vnguis apprehensum crudeliter dilaniavit, & continuo adolescentulum devorauit. Nuncius Murium cum vidisset hoc factum, statim ad Creilli vxorem reuersus est acerbissimum dilectissimi filij interitum renuncians. Ab his autem cum diu esset pugnatum, lignum carie, & putredine confectum decidens ex altissimis tectis neruos Feli confregit, pugnæq; victoriam Mures reportarunt.

GALEO-

II.

# GALEOMYOMACHIA,

## Idest, Felis & Murium pugna.

### PERSONAE FABVLAE.

Creillus, Tyroclopus, Præco, Chorus Pe-  
dissequarum, Vxor Creilli, Nuncius.

Prior loquitur Creillus.

F. Paulinus vertebat adolescens.



*VID N A M sodales his diu for-  
tissimi*

*Causis moramur continenter ab-  
diti,*

*Fracti animo, & alta pallidi fur-  
midine,*

*Vitamq; nostram viuimus miserrime,*

*Oculos nec antrum audemus extra ponere,*

*Et maximo pleni metu miserabiles*

*Tenebricosis miserum in antris spiritum*

*Ducimus, ut in satellitum custodijs*

*Positi, atque cursum etutis omne credimus*

*Nocte esse perpetua, horrida q; vmbra necis,*

*Ut mentis alta conditos caligine,*

*Tenebricosumq; incolentes Ponticum*

*Sex mensibus terra vmbra Cimmerio stegit.*

*Ty. Velimus, aut nolimus, his latere opus*

*Cauis, si enim audacter, tu vt inquis, egredi*

*Animus ferat, rapidoq; cursu excurrere,*

*Discrimen oxyus subiremus graue,*

*Praeq; explorata m oculis videremus necem.*

*alisaq.*

*Altaq; mersas nocte Plutonis domos*

*Hæc nostra sumeret temeritas præmium.*

**Cr.** *Discrimen ergo quî, vt tu ahs, subibimus,*

*Et vita fatum viderit miserrimum?*

**Ty.** *Horrentibus statim ò Creille faucibus*

*Rapacis arrepti hostis, instructa dolis.*

**Cr.** *Quanā hæc fodes? cælare nos hoc haud velis,*

*Nō facile enim qua ista hæc sit hostis, auguror.*

**Ty.** *Immunis est, felē vocant quā homines, fera,*

*Aßidua enim lustrum hoc premit custodia,*

*Mures ē extrahit astu, odoraq; vt canis.*

*Leporū vagabinc, quaritat, ē hinc vestigia,*

*Nos haud jecus fraudes, dolosq; comparans,*

*Indagat hæc, oculata tanquam Lynceus.*

**Cr.** *Noui hāc, tua expreſſit quā ad unguē oratio,*

*Nam atate florida, ē virenti filiam*

*Lychnoglyphem dico mihi charissimam,*

*Misere(het mihi) laniuit ante oculos patris.*

**Ty.** *Meisque amores filiam Cordocopum,*

*Misique gratum Sitodarpem amabilem,*

*Ad vindicandum qui sororem venerat.*

**Cr.** *Cur ergo cunctamur velut mulierculæ,*

*Carissimosq; sic neci patimur dari.*

**Ty.** *Verum remedinam quid afferri potest?*

**Cr.** *Videndum inexpletæ vt resistamus fera,*

*Et persequenda mortuorum acerbanex.*

**Ty.** *Quonam modo? sis explica planissime.*

**Cr.** *Bellum instruamus cōtra eā intrepide nouū.*

**Ty** Metuo, perhorreo quene laniats ab hac

*Omnes quoque ē nos deuoremur illico,*

*Felisque preda simus, heu miseri, noua.*

In

- Cr. In mortuorum & hoc agendum gratiam  
 Subito, te enim haud fugit canis à scriptori-  
 Et tolli ad astra, qui p̄ amico, affinibus, (bus,  
 Natis, sororibus, propinquis, patribus,  
 Mortem oppentes clarū adepti sunt decus.
- Ty. Scio omnia hac, verū tamen nimis grāue est  
 Sic linquere hoc lucis theatrum candidæ.  
 Cæcoque mortuos sepulchro contegi.
- Cr. Ecquid scis an nobis detur victoribus  
 Esse, atque acerba illam neci dimittere?
- Ty. Quonam modo ḡ frater? palā face id mis̄o.
- Cr. Statarium cum illa ineunte prælium.
- Ty. Conferre signa clanculum satius puto.
- Cr. Quid interest latenter hoc accedere?
- Ty. Si enim ante nouerit, dolina aliquid seruet,  
 Commitat opportune ut ipsa prælium.  
 Paretque copias sebi auxiliarias,  
 Et signa conferens trophæuni olli erigat,  
 Cohorte nostra profligata, ac perdita.
- Cr. Similq; nos commilitonum aciem mōda  
 Paremus auxilio, velut consueuimus.
- Ty. Mente excidit bellum, antea quod gesimiss  
 Cum Felibus. Mustellisq; coniunctis simul.  
 Ut optima auxiliarium affuit manus?
- Cr. Memini ut tērriam videbamus nec em  
 Fratrum, propinquorumque, prolis, et patris,  
 Parum et absunt quin nos periremus quoque.
- Ty. Pereamus et ne nūc metu haud paruo p̄ mor.
- Cr. Non si deorum haud vana sunt insomnia:  
 Spem abīcio prorsus, insomnijs enim.
- Ty. Quod ergo quod vidisti aperte insomnium t  
 Cr. Visus

- Cr.** *Visus mihi ipse est per quietem Iuppiter,  
Animosq. magnos addidit in pectore,  
Bonoque me esse animo imperas, vinces, ait.  
Ty.* Sed cuius erat similis? sodes dicas quoq. hoc.  
**Cr.** *Pot Tyrolis ha prouido, & cato seni.  
Ty.* Qui non tibi se aliis videndum praebuit?  
**Cr.** *Metu, & meis uitius minis tandem adfuis.  
Ty.* Quasnam minas propoquisti illi Polum  
Tenent, apudque glorianti cælites  
Se appensurum Polocatenam maximam,  
Et educturum omnes manu fortissima.  
**Cr.** *Annoq; in hoc sum ei minatus plurima,  
Mea illi enim cum exponerem vita modum,  
Ut abditus misere reducto in angulo,  
Semper sim egens lucis, tenebrisq. obruar,  
Metu & premargraui, et maxima horream  
Plenam molestia, atque furdidam feram,  
Plorabam, & ciulabam, & angebar nimis,  
Measq; cædebam, vngubus secans genas,  
Probra ingerens Fou Deorum maximo,  
Et addidi ira impulsus ad suspiria  
Minas grauissimas, ei incutiens metum.  
Ty. Quid autem ei es minatus? explicahoc quoq;.  
**Cr.** *Quod, ni mihi faustam annuat victoriam.  
Mibiq; det athletæ esse quam fortissimum,  
Statim eius ad templum profectus, victima  
Vbi sunt, eas vertam in cibarium aluet.  
Ty.* Et ego comes una cum uxore, liberisq; ero.  
Sed fabula hac, nugeq; sunt mera, vi reor.  
**Cr.** *Ita est profecto, concionemq; eò omnium  
Dudum aduscare cogitabam Murium.**

Non

Ty Non nunc, opus nobis enim hoc iter prius  
 Ut subtrahamus colla cæcæ, ac sordidae  
 Vitæ, à metuq. vindicemur Felium.  
 Mures quidem omnes cōnocandi sunt modo,  
 Orationeque excitandi sunt prius.  
 Ut spiritus habere præclaros velint,  
 Et institutis mox ducibus exercitus,  
 Centurionibus, atque prefectis, uelut  
 Decet, vna et hastatis, Cataphracto et granis,  
 Eamus instructi ad gerendum prælum.  
 Cr. Bene quidem, sapienter Ego narras, Ego ex  
 Sumnia (senecta munus hoc) prudentia,  
 Est igitur Praeco, atque Mures conuocet.  
 Pr. Collecti en adsunt tibi duces hic Murium,  
 Tuaque sunt iam constituti in Curia.  
 Cr. Ego quidem ò amica, fortis Ego cohors,  
 Dicto parens, tractabilisq. iam diu,  
 Multam uidens antiquiorum ignauiam,  
 Animosq. fractos, seruitutem Ego sordidam,  
 Et quam recessibus latentes intimis  
 Animo haud fuisse magno, inausa Ego omnia  
 Liquisse, sedentes qui ut ægri, Ego languidi  
 Timuere cum inimicis inire prælum.  
 Audaciter mouere bella cogito:  
 Etenim haud decere sum arbitratus viribus  
 Præstantem, et his tot imperanter millibus,  
 Pompaq; qui ducor, canorq. plausibus,  
 Metu teneri ne cauis pedem efferam.  
 Sed uerba vos excipite alacriter mea,  
 Claris ut oriundi estis ex parentibus,  
 In partem Ego undequaque uenientes male

Eoruia

Eorum, ad ea, quae sunt agenda non pigri  
 Sitis, mora absit omnis o fortissimi,  
 Omnesque quam celerrime diuina gens  
 Murum, intrepide in acie nouam descēdite,  
 Meum emulantes robur, ac potentiam.  
 Nam ego haud fui unquam segnis in bello,  
 aut piger:  
 Sed (vera narro equidē) & q ab etate tenera  
 Assueci obire fortiter munia ducis,  
 Impressiones prorsus omnes sustinens.  
 ab vero enim illustri ortus ex prosapia,  
 (Ut scitis omnes vndique hac vulgata, quod  
 Virtute, & ingenii simul præstantia  
 Mei parentes magnum adepti sint decus,  
 De Chartodaptis quos vocant vulgo, loquor)  
 Laboris exortem agere vitam nolui, at  
 Quicunque militarem ad artem maxime  
 spectant, dedi me his tenera ab adolescēta,  
 Tractare contum didici, & ensem gnauiter,  
 Scutumque, equū insilire, mille dehinc modis  
 Flectere, ferire commode hostem ictu graui,  
 Intendere arcum, telaq. sciens mittere,  
 Demumque in omni sum palastru bellisca  
 Versatus artis, milites ut ceteri,  
 Et plurimis cum victor in bellis forem,  
 Multasq gentes mihi mea arte ostenderem  
 Parere, sum imperio potitus Murium,  
 Ex omnibus dignior habitus, & fortior.  
 Nunc igitur esse censur turpisimum  
 Me me loris Tonantis emulū, & Rheal (mal.  
 Horrere quoddā parvulum, ac sordidū an-  
 Quare

- Quare impero vobis mihi o charissimi  
 Omnes in aciem prælii concurrere  
 Fortiter, Et audacter, animo magno, Et ala-  
 Verum ista mox sedes petat qui vis suas (cri-  
 Aurora crastinum cum aperset mox diem.  
 Mouere milites alacriter hæc volo,  
 Summa videtur enim ita conducere rei.
- Ty. Quoniam ergo sedes quilibet petit suas,  
 Et tempus est iam membra deponi thoris,  
 Ego quoque hinc absens thorū repetā meum.
- Cr. Bene locutus es, ergo sic facere est opus.
- Ch. Heu quis dolor, menūc habet, et angit nimis  
 Proh Iuppiter, quid hæc sibi vult, num dies.  
 Nostro pericli plena stat sententia  
 Regi, gerere cum Fele prælium palam.  
 Nam suspicor cum copijs eum omnibus  
 Læto datū iri almū, Et relicturū hoc iubar.  
 Vates Apollo caste, Phœbe, Loxia,  
 Quid hoc, quid hoc. heu heu. pupæ, heu inq;  
 Heu proh dolor, proh labor miserabilis, (mibi,  
 Ah ah. heu heu, o temere, o factum male.
- Di. Virtute bellum forsitan vincet sua,
- Ch. Nouum, nouum quid, maius Et narras fide.  
 Sed maximo ut placet Ioui, sic res cadat.
- Ty. Abesse proprius iam ex vitris video diem.
- Cr. Ego quoque oculo lucis aspexi parum.
- Ty. Mēbra ergo corripiamus ex somno, Et thoris,  
 Bouesq; ouesq; cum immolauerimus Deis,  
 Ad prælium ex ea nus intrepidis illico.  
 Placare enim imprimis Poli incolas decet:
- Cr. Ecce immolantes invocamus nunc Louem,  
 Et

*Et Palladem, Mataq. natum, Panaque,  
Pelagiq. rectorem, sacrumq. Apollinem,  
Iouis frororem, Cynthiam nemori uagam. Ego  
Ditem, atque Latonā, Ego simul Proserpinā,  
Et cæteros omnes, mouemusq. iam pedem.*

*Ch. O cuncti, Ego viviuerē, o singuli Dei  
Quicunque sedē aut infrahabetis, aut supra  
Mortalibus qui aliquid habere datis boni,  
Adeste queso, adeste, tutam Ego ferte opem  
Regis mei huic nouo, Ego Tyrone exercitu,  
Qui signa cōfert gente cū omniora, et truci.  
Re. Ré utinam gerat bene, atq. vincat Iuppiter,  
Mei duces maritus, atque filius.*

*Ch. Res pulchra vincere est, sed urget me timor.*

*Re. Timor me habet quoque horreoq. maxime.*

*Ch. Formidolosa est namque uirtus hostium.*

*Re. Da Iuppiter maxime huic bonū pugnae exi-*

*Ch. Bona semp ex aquo oīa diuidit Deus. (tum.*

*Re. Nam Murium vincere queant si copia,*

*Et profligare prorsus aduersariam,*

*Supereſt quod aui omne, peragamus optime,*

*Timore quam longissime abiecto procul.*

*Ch. Fiat, precor, Dijs bene iuantibus.*

*Re. Acerba at hostis inferiores si sient,*

*Retroq. dantes terga meditentur fugam.*

*Repente nulla, Ego irrita effent omnia.*

*Ch. Absit, Di auerruncent, nec hoc cadat malit.*

*Re. Seruiret unusquisque belli ex iure tunc.*

*Ch. Minime, sed hostis esca crudelis foret.*

*Re. Captiuia ego quoque prole cum carissima,*

*Vt domina prius essem, repente ducerer.*

*Non*

Ch. Non pol̄ fores tu serua, nec nati forent

Sed (perus hoc) vasta voraginis cibus.

Re. Quid ergo dulce deseram hoc lucis subar.

Cæcoq; puluere in sepulchro contegar?

Ch. Sile, sile o hera cerno nescio quid mali,

Prospicio enim quendam anxiū, et pleno gradus

Currentē anhelantē, atq; perculsum nimis.

N Vbi nā hera, vbi est, demostret aliquis iam mis̄o.

Ch Cernere oculis eam tibi si uis licet.

N. Misera, o miserrimus, o ter infelix quater,

Cæsus iacet tuus Psy: harpax prælio.

Re. O dulce pignus, atque dilectum mihi.

Cecidit senectutis mea solarium,

Prob ingens malum, dolorq; lamentabilis,

Minate nate, Num ius nimium hic grauis.

Heu morior, ab qd ero? que ē excipient loca

Quo me feram, iam mēbra languor occupat

Fili papa, minate dilectissime.

Ch. Fer o hera, susine, luctuumq; desine.

Re. Currum o regens Iuppiter Titanum.

Ch. Heu heu parens misera, atq; p̄cūsa nimium,

Pau lo ante luctus comprimebas maximos.

Re. Facies mihi s̄ gratissima, o dulcis puer.

Ch. Te ferre summū & quo hunc dolore aio decet,

Discereq; mox quid exitus belli ferat.

Re. Sed cōbibere acerbum hunc dolore non queo.

Ch. Quid lacrymæ immodice remedij ferunt?

Re. Perfungar illis, morteq; occumbam citæ.

Ch. Istud nequaquam hera, neq; tesp̄am torqueas.

Re. Et qui potest haud angi, dolore, ē confici?

Ch. Verum dolens quid mentis affectus levas?

*Nemo evocat lachrymis sepulchro mortuos.*

*Re. Quid lachrymarū desinens vultis ut agam?*

*Ch. Reliqui audias, quid exitus belli ferat.*

*Re. Quis nunciabit haec mihi, aut faciet palam.*

*Ch. Hac ipsa qui mala nunciauit nuncius.*

*Re. Vbinam sed ille. Ch. Cernere tibi sis licet.*

*Re. Dolore perij. Et comminuta sum nimis.*

*Heberesq; sunt factæ pupillæ luminum.*

*Ch. Torum expeditio Nunc pedum cursu potens,*

*Quo seu pugna busus se habet facies modo,*

*Et quo hic modo cadens sit extinctus puer.*

*Vulturis ne dicā h e c o r d i n ē , a n s t r i c t i m , e t b r*

*Ch Oem exitū pugnae ordinati age expl*

*Repetens ab ipso conserendi exordio.*

*Dicam omnia, arrectis bibite vos auribus*

*Postquam ergo in aciem prodire bellum*

*Primum cohortis Dux sua fortissim*

*Vorace signa conferens cum bellua*

# *Est Psycholischēs perditus, spectaculum.*

*Miserabile, hoc commotaq; ac res omnus e*

Mox fecit alter impetum Archisatn

*Propago dictus clara Coleoclopis:*

*Simili modo cadaver occubuit in*

*Ne impressionem sustinens paulum quidem,*

*Vt vidit ergo Satrapas fortissimos*

Sic iam Psicharpax appropinquantes cibum  
ad hanc ieiunia Tenebrosa curant

*Miserabilem omnibus esse curacie*

*Exarsit ira olli & furore maximo,*

(Amaror ille mentis aliud, nam nihil  
est sicut illud. Sicut enim recordus.)

*Est, sanguinis nisi feruor in p̄cordys.*

In early

In eam impetum fecit, neci ut meritā daret.  
 At hæc paratum conspicata, & proxime  
 Abesse sibi, acerba meditantem vulnera,  
 Hastamq; vibrantem quasi iam acerrime:  
 Statim irruit, misellū ut hunc cōprehēderet:  
 Et ium tenebat vnguisbus, crudeliter  
 Dictumq; factum denorauit puerum ibi.

Ch. Istudq; cari euenit ante oculos patris? (tius.  
 Re. Meq; id magis miserā angit, & vehemen-  
 N. Id factum ego ut vidi citato ad hæc gradus  
 Renuntianda tibi profectus sum o hera.

Re. Utinam, neque o Nunci tulisses huc pedem,  
 Satius erat mihi te nequaquam accedere,  
 Adhuc enim integra, & vacualuctu forem.

N. Reuertor ergo, ut quæ sequentur intuar.

Re. Minime iterū huc mala nunciās accesseris:

Ch. Malus male pereat ( precor ) nunc Ignifer.

Re. Hæc nostra metuit Ignifer verba, ac preces.

Ch. O quale Murium occidit flos, & decus:  
 Aequum videtur esse, & optimum mihi  
 Lugubre carmen dicere adolescentulo.

Re. Bene es locuta, at vice quam flebimus?

Ch. Te ipsam initium decet facere querimoniæ.

Re. Heu heu papæ minate, nate, heu sapius.

Ch. Puer Creille chœus papæ puer, & here.

Re. Ab quo meus sanguis, quo abiisti heu nā puer?

Ch. Quo heute abdidisti ex luce vita hac euolās  
 Reg. Heu heu labores, quoniam abiere flebiles.

Ch. Heu flebiles vere, atque rursus flebiles.

Re. Heu heu ferè me clara destituit dies.

Ch. Vita huius omnia omnia hic puluis, cinis,

Vite huic vniuersa nil nisi umbra sunt.  
 Re. Heu me prius cadis o Psycharpax nate mi.  
 Ch. Sat est, nec efferas tuum ulterius pedem,  
 Video aduolantem nuncum celerissime.  
 Re. Metus, mihi ne iterum mali quid nunciet.  
 Ch. Nequaquam hera. R Id quo scism do? Ch. qui ne  
 Aptam, et hilari fratre currēs aduolat. (id sciam?)  
 Re O nuncium mittat bonum mi Iuppiter.  
 N. Vbs sit hera, csto expeditat alquis mihi.  
 Ch. Adest en illa, tuq; si vis aspice.  
 N. Expone frontem lata, nec te iam amplius  
 Angas, merita tribuas q; dona Nuncio.  
 Re. Breui expedi, ita neque me insolenter rideas.  
 N. Haud hercle ni prius mihi tu munera,  
 Re Cum exposueris mihi illisco donabere.  
 N. Feles cecidit in belli acie miserrima.  
 Re. Oh ob magis plaudā, & triumphabo magis.  
 N. Decet dolorem vt vincat ingens gaudium.  
 Re. Prae gaudio ingenti tripudio gestiens.  
 Ch. Belli exitum audiamus heus optima prius,  
 Qui inimica nobis hæc vorago concidit.  
 Re. Lætum exitum pugna ordinatum nuncius  
 Exponat omnem, & efferat a bellua  
 Necem, fuit que saua clades Miserium.  
 Ch. Hera imperavit ipsa, tulinguam moue.  
 N. Accingor ecce omnem expedire rem breui,  
 At vos quoque arrectis bibite verba auribus,  
 Et cuncta memori mente mox recondite.  
 Ut igitur inchoata corporum lues  
 Est, saua disco impressio certaminis,  
 Primum q; cæsus ductor ille gentium

ER

Est Psycholiches, moxq. Colectopus  
 Fraeclar a debinc Regis, Et heri joboles mei.  
 Indoluit hic gemens profundo è pectore  
 Prolem iacere vidit ut carissimam,  
 Suumq. dictis excitans exercitum.  
 Victorem in hanc fecit luem illico impetum  
 Intrepida, Et inde mente conseruit manum.  
 Pugnatum Et esset diucum verinq; fortiter,  
 Et nullus arripere fugam, at resisterent  
 Altissimis tunc decidens ex edibus,  
 Lignum senectus quod iam, Et anni vicerat  
 Illam occupauit colla, qua dorsum ligant.  
 Confregit omnes hoc q; nervos protinus,  
 Et ipsa Ditis horridas petijs domos.  
 Et quae prius nostri hostis erat acerrima,  
 Infida, Et implacabilis, saua, Et ferox.  
 Fusum iacere vidimus, exanimemq; humi.  
 Ch. Laetus, hilaris, suores solitus spiritum  
 Ducas in annos toti, fugere numerū vi queat.  
 Diu excupitum quod tulisti nuncum  
 Huius palam nobis luis faciens necem.  
 Iam ex nostra enim modo exitum sententia  
 Video accidisse, Et esse confectum bene.



I 3 AD

CAYR

## A D L E C T O R E S.



**M**NCIDI olim adolescens in eū D. Augustini locum lib. xyij. de ciui. Dei, vbi Sibyllæ Erythrææ, siue Cumanæ ita. n. suspicatos nōnullos dicit, licet à veritate alienor sit illa opinio, carmina quædam recitat de Seruatoris nostri Iudicio cōscripta, & a quodam latine conuersa. Cumq[ue] in his primum sex verſus deesse animaduertissim, quos ponit Euseb. Cæſariensis, ἐν τῷ λόγῳ βασιλικῷ, & alij quoque omnes, qui continent verbum σαυρὸς, & xxxiiij. literas constituunt, quæ arnos ipsius Christi referūt, deinde mysterium, & vaticinū posatum in primis versiculorum literis, quod est, ἵνα τοῖς χριſτοῖς θεῖς νόσοις σωτῆρ σαυρὸς. i. *Iesus Christus Dei filius Seruator Crux,* non exprimi, quod diceret non potuisse latine explicari, cum latina verba non essent inuenta, quæ ab eadem litera inciperent, & sententiæ conuenienter; ratus id non omnino ex his esse, quæ fieri non possent, aggredi ad periculum faciendum constitui, & (ut tum iuuenilis agebat ardor, cui nihil videtur arduum, aut spissum ad laudem incitato, nihil non studio assequitur, & diligentia) latinis versibus rem omnem, & mysterium, non omnino quidem vt vellem, sed tamen explicaui. nee esse. n. fuit aliquid mihi liberius facere, quam in aliis verendis feceram ratione literarum, quæ ad rē illam exprimendam essent accommodatae, vt cū proceſſeumticum posui pro daſtylo, Poetarum tamen optimorū exemplo, & in extremo Crucis signum pro litera X, cum nullum reperiatur verbum latīnum ab hac litera incipiēs, quod posset quadrare. De his admonendos cēſui Lectores, vt siquid forte desiderabūt in hoc, & in alijs, rei ipsius difficultati, & ætati etiā ipſi, in qua fūnt confecta, condonent.

C A R-

C A R M I N A  
 S Y B I L L A E E R Y T H R A E A E  
 D E D O M I N O N O S T R O

Habentia hoc in primis versuum literis  
 scriptum

I E S V S C H R I S T V S  
 D E I F I L I V S  
 S A L V A T O R C R V X.



F. Paulinus vertebat adolescens.

Iudicium cū aderit sudor fluet vndeque terra,  
 Et quā Polo iam Rex veniet sine fine futurus  
 Scilicet omne animans, et totum ut iudicet orbē.  
 Videlicet poterunt infida, et fida Deum gens  
 Summū inter sanctos, aderit cū terminos eius.  
 Chlænam corpoream induis animis solo ius  
 Reddet, sequitur in humū, et dumos iūc induet or-  
 Idola abūciet mortales, magnā et opū usum, (bis,  
 Suffringet quā fores, Et Ditis claustra recludet;  
 Tunc se propriét defuncta ibi corpora in auras,  
 Ut quā malos, rā flāma probos per secula probabit.  
 Sunt clā nunc quacūq; palā tunc omnia sient,


I 4 Deus

Deus etenim putula reserabit cuncta fenestra,  
 Et paſſim luctus, Et stridor ad aethera surget,  
 Ignea deficit viis Solis, Sydera caelo  
 Ferri desinent, amitteret Cynthia lumen,  
 Impleri Valles, faciet ſubſidere montes,  
 Laudem nulla ferent totis ſublimia terris,  
 Ida erit aqua ſolo, non audax marmora Ponti  
 Ullaratis findet, torrebunt fulmina terram,  
 Spumferi quoque deficiet cum fontibus amnes,  
 Summo luctis ſonum resonabit buccina Cælo  
 A tergo terris plorans venientia damna:  
 Latè diſcedens iſtendet Tartara Tellus,  
 Undiq; ſiſtentur Reges ſolium ante Tonantis,  
 Abſque fluet Cælo flumen cū ſulphure, et igni,  
 Tunc Lignum preſtans ſignū mortalibus agris,  
 Optatum q; erit hocce fideliū in agmine cornu,  
 Rectorū pia vita hominū, prauis error Et orbis,  
 Clarsificans lymphis duodeno in fonte vocatos,  
 Rectrix Virga gregis dominabitur area rebus.  
 Versibus in ſummis pſcriptus nūc Dēs, Ipſe eſt  
 ✕ Fixus pro nobis, Saluator q; hominū, et Rex.



HOMERI  
BATRACHOMYOMACHIA;  
IDEST,  
*Pugna Ranarum, & Murium.*

Latinis versibus è Græco  
conuersa  
A FABIO PAVLINO  
VTINENSI.  
*CVM PRIVILEGIIS.*



—  
VENETIIS,  
—  
*Apud Hæredes Francisci Ziletti.*  
*M D LXXXVII.*

ПЯТЫЙ  
АЛЮМНОУЧНО-АУТОРСКИЙ  
ФЕСТИВАЛЬ

СОВМЕСТНОГО УЧЕБНО-ИССЛЕДОВАТЕЛЬСКОГО  
КОМПЛЕКСА  
ОГЛАСЛЫХ СОВРЕМЕННЫХ  
ИССЛЕДОВАНИЙ  
В ИЗУЧЕНИИ ВОСТОКА



21 ФЕВРАЛЯ 1977

A D PRÆCLARISS.

V I R V M

Iacobum Contarenum.



F A B I V S P A V L I N V S.



*OMERVS omnium  
Poetarum sine ulla  
controuersia Prin-  
ceps, cum Chij pue-  
ri sibi traditi essent,  
vt ab eo ad humani-  
tatem informarētur  
Batrochomyomachiam hanc panxit, &  
Epicyclidas, aliaq; buiusmodi Poemata  
ludicra, vt his fabularum illecebris pueri  
les animos ad uoluptatē a labore proclives  
ad studia alliceret, & excitaret. Hanc  
ego, quæ vna ex hoc genere extat, prima  
ætate, qua adhuc ex ephæbis non excess-  
seram exercendi mei tantum causa verti,  
& licet ob id de edēda irem in alia omnia,  
quod non satis probaretur neq; ad emen-*

I 6 dandum

dandum tempus suppeditaret, tamen nunc  
 ad complendum hoc ludicrorum quasi poe-  
 matum corpusculum ab Impressore coa-  
 Etus sum diuulgare: Tibi porrò potissimum  
 conuenire, & deberi mihi visa est, non ra-  
 tione versionis, sed auctoris, quod diuersa  
 quadam ratione in Veneta nobilitate Tu  
 nouus sis Homerus, ut enim ad illius quasi  
 fontes discendi causa omnes accedunt Poe-  
 tæ, Philosophi, & quisquis literis, atq; do-  
 Etrinis deditus est, ita Venetij ad te ijdem  
 omnes beneficij gratia configiunt, Tu Poe-  
 tas amplecteris, Oratores fers in oculis,  
 Philosophos exoscularis, Historicos habes  
 in amoribus, nullum deniq; in quo omnino  
 vlla virtutis significatio appareat (quan-  
 tum in te est) pateris esse neglectum. Me-  
 rito igitur ad te etiam Homerus accedit,  
 qui tamen cum immortalis iam sit, nulloq;  
 egeat præsilio Paulinum, qui in eo uerten-  
 do elaborauit, tibi commendat, & rogat,  
 vt in clientelam tuam semel receptum  
 (iam enim multis tuis officijs tibi pluri-  
 mum debet) excidere animo ne patiare.  
 Vale xij. Kal. Nouemb. 15XXCVII.

HOMERI

HOMERI  
BATRACHOMYOMACHIA,  
IDEST,  
Pugna Ranarum, & Murium.



F. Paulinus vertebat adolescens:



O S primum sacris mihi adeste  
Heliconis ab antris,  
Musæ omnes, mihi ferte pedem,  
quo numine vestro  
Plenus, hiem mandata nouis mo-  
do carmina chartis.

Fert animus fera bella canes horrentia Martis  
Arma per ora virū. Et totū vulgare per orbem,  
Ut Mus inuictus Ranarum fuderit agmen  
Terrigenū fastus imitati, Et facta gigantum.  
Quæ vaga fuma fuit. Pugna hinc exorsa. Vorā-  
Mus olim Felis ium elapsus faucibus ora (cis  
Sicca gerens, stagnimentum demisit in undas.  
Nectareas q̄ haurit dū lymphas, aspicit illum  
Limnocharis magnus, mox talibus ora resolut.  
Quis tu Hospes? genus unde tibi? unde hac littor-  
ra nostra

Accesi? Neū singe dolos, ne sis mihi mendax.  
Nam nostro fueris si non indignus amore  
Excipiā, queis digna manent te munera, tectis.  
Rex ego sum, nomē Physignatus, omne per aūl  
Quem palus ista colet Ranarū sceptrā gerente;  
Me genuit Peleus quondam pater, Hydromedusa

C 2673

Cum genitrice Pādi Venerē qui iūxī ad actā:  
 Teq; videns pulchro prastuntē corpore, Regem  
 Insignem sceptro reor, & Mauorte potentem,  
 Quare age fare tua quam primū semina gentis.

Contra Psycarpax ingressus talia reddit,  
 Quid genus inquiris? quid clara stēma gentis  
 Haud terris vulgata modo, sed cognita Calo?  
 Psycarpax vocor illustri de sanguine, summo  
 Troxartā genitore datus genitrix mihi magni  
 Lichomyle, soboles quæ regsa Pternotrocti.  
 Me dedit, hac aluit q; domus qua se ima recepit  
 In lutebras fici, & nucibus, variaq. dupum vi.  
 Sed qua in amicuiam ratione cosbimus, ambo  
 Ingenium fortissi alium? tibi ducere vitam  
 Dulce in aquis, hoīum mihi suetacibaria cordi.  
 Non mihi deficiunt in lato crusta canistro,  
 Nec patula mellita deest simul orbe placenta,  
 Section non perna, iecorum non pinguis, demum  
 Non pressa ex dulci mihi lacte coagula desunt,  
 Liba q; quoru etiā dulcedine capta Deūm mēs,  
 Nec quacunque coqui vario condita sapore  
 Apponunt latis Dominorum fercula mensis.  
 Nec vero effugio bellive vices, aut p̄lia Martis,  
 Semper at anteuolans alios certa misa adiui,  
 Non hominum quēquā, vasto sit corpore quāuis  
 Praditus, horresco: Nam stratis ipse iacentem  
 Noctu adeo, et summos p̄stringo dētibus unguis,  
 Aut calcem prehendo, iniuria non tamen ullā  
 Inde viro, nec dulcis abit morsu sopor illo,  
 Sed metuo ante alios, quos Tellus sustinet oēs,  
 Accipitrem, & Felem mihi tristia fata ferentes

Deci-

Decipulumq; dolos latet mihi funera sub quo,  
 At timor imprimis Felis, qui fortior, urget.  
 Quippe causis etiam latitantem me eruit vngue:  
 Non raphani, caulesve mibi, atq. cucurbita scitum  
 Non viridis mibi betacibus, apiumq; palustre,  
 Namq. hos dat palus almacibos, et fercula vobis.  
 Talia subridens olli Physignatus infit.  
 Ventre super nimium te iactas aduenat, nobis  
 Multa dat E Tellus visu miranda, palusque,  
 Pascere utraque dedit nam Rana Iuppiter altus,  
 Ludere, perq. solum, corpusq; recodere in undis.  
 Est q; animus si forte tuus fert, nosce facultas.  
 Te sublimem humeris tollam, tu deinde caueto  
 Ne pereas, lato at subeas mealimina vuln.

Sic ait, atque humeris subiit, tenerusq; repente  
 Ille tenens dextra collum leuis insilit ollis.

Latatus primo nondum tellure remota,  
 Cernere subnante gaudes Physignaton. Ast ut  
 Fluctibus incœpit tactari, vim lachrymarum  
 Fudit, versa iuuet quod nil sententia questus,  
 Vellebat q; comas adductis cruribus aluo,  
 Corda insueta paucor pulsabat, tangere vellet  
 Tellurem, trepida gemitus formidine dicens:  
 Cauda undis primū, trahitur q; pulmata tangit,  
 Præbuit, E superis, liceat quo cernere terram,  
 Vota facit, canis tam iam rapiendus ab undis:  
 Et clamans trepido mox taliareddidit ore:  
 Non humeris sic Taurus onus gestabat amoris,  
 Duceret Europi cum ad Gnosti regna p undas,  
 Ad sua Rana uehens ut me subremigat undis,  
 Limina caruless se glauco corpore tollens.

M. G. 22

Monstruū extēplo ingens apparuit hydrus, vīriq;  
 Horrendum, recto superextans marmora dorso:  
 Hic mersit sēsē Phrysignatus, excidit olli  
 Quem socium canis perdendū linqueret undis,  
 Ima perit stagni, fatumq. exiuit acerbum:  
 Hic subito excussus cecidit resupinus in vndas,  
 Stringebat q̄ manu moriens, stridore replebatq.  
 Aethera, sape q̄ aquis est mersus, sapius auræ  
 Calcisbus emersit pulsans, euadere fatum  
 Nec poterat, madidisq. addebanī pōderæ crines,  
 Fluctibus inq; ipsi moriens, sic ora resoluist:  
 Non tua cœlestes Physignate facta latebunt.  
 Quod me præcipitē dederis de corpore, tanquam  
 E saxo, nec me viciſſes pessime terris  
 Pancratio, aut lucta, nec cursu: fraude petisti  
 Me in fluctus rapiens, oculos tamē aspicit equis  
 Iuppiter, haud fugies, mures tibi cūctare reponēt:  
 Sic fatus vitam miser ille reliquit in vndis.  
 Lichopinax videt hunc ripis innixus opacis,  
 Atq; vñslans grauiter Murū fere oīa ad aures,  
 Funera cognorunt post quam, gens colligit iras  
 Tora, subentq; suos ad primum indicere Eoum  
 Concilia Accensos, Troxarta in Principis aula,  
 Qui miserādus erat genitor Psycarpacis, vndæ  
 Quē versant, fluctusq; exanguē, cernere ripas  
 Nec datur, at medio resupinus volvitur alto:  
 Ardentes aderant ubi primo Oriente, recentē  
 Cœde furens nati Troxarres talibus infit:  
 O socij, quamvis Ranarum insursa solum  
 Metāgat, nos fata manēt tamē haud bona cū  
 Infelix vero ante alios ego, pignoraterna (ctos.

Clio

Cui periere, prius late dedit impia nostri  
 Hostis atrox Feles arreptum ex aggere tecti,  
 Ast aliū (heu misérū me) hoīum gēs saua pere-  
 Arte noua, insidijs nodoso è robore factis, (mit,  
 Decipulū dicunt, Murū quod pestis acerba est;  
 Tertius hic super vnu erat, miseraq. parenti.  
 Quē nunc extinctū Physignatus aquore mersit:  
 Quare agite armemur, iusq. ruamus in hostē,  
 Ornati varijs armorum corpora formis.  
 His dictis cunctos accingi compulit armis.  
 Armauitq. ipsos miscet qui pralia Mauors,  
 Primum ocreis suras vinxerunt leuisibus omnes,  
 Aptantes viridis perfracta putamina fabae,  
 Quam sua ducentes conuicia nocte vorarant.  
 Thoraces calamis intexto extergore habebant  
 Direpto è Felis costis, quos arte pararant  
 Mira, Era scutū lucerna umblicus, acus qz  
 Cuspis erat longa, spfo dignum opus armipotētē,  
 Aptanucis fuerat capiti pro casside testa.  
 Sic fuerant Mures instructi: Contigit aures  
 Quod simul ac Ranis, egressā gurgite in sonum  
 Conuenere locum, summam decernere belli,  
 Dissidij, E⁹ turbæ causas quarentibus, ecce  
 Sceptra manu gestans accessit praco, superba  
 Tyroglyphis soboles fortissimus Embasichyrus,  
 Atque horrens bellum denuntiat, ore locutus.  
 Imperijs venio Murum hic indicere vobis  
 Bellum, quo arma vacet, aiosq. accingere pugna,  
 Conspexere etenim pelago Psycarpaca mersum,  
 Quem Rex extinxit vester Physignatus, Ergo  
 Suscipite o proceres Ranarum gloria pugnam.

His

His dictis subito excessit, feriensq. superbas  
 Ranarum mentem turbauit nuncius, aures:  
 Dūq. hæc eū fremeret surgēs Physignatus infit.  
 Oscij haud nostris cecidit Musuribus, illum  
 Nec uidi extinctū, at mersus dū luderet undis  
 Et nando Ranas imitari vellet, at illi  
 Insontem nocui me incusant, uerum age pacto,  
 Quo liceat Murum cernamus perdere fraude:  
 Primus ego, mihi quæ surgat sententia, pandā;  
 Armemur subito, armati sistamus ad amnis  
 Sūmamoës ripā, in præcep sub maxima tēdit,  
 Cumq. animis ardens in nos ruet impia turba,  
 Cum galea arreptos, ut quisq. occurrit, omnes  
 In medium subito iaculemur. Et arma paludē,  
 Sic mergetur aquis etenim non doct a natandi.  
 Nosq. hic de nece Murū aptabimus īde trophæū.  
 Sic fatus cunctos accingser imperat armis,  
 Maluarum folijs suras texere uirentum.  
 Cerulea Et patulis armarunt pectora betis.  
 Tegmine pro clypei cæulis sunt frondibus vſe,  
 Omnibus hastæ fuit procerus maxima iuncus,  
 Pro Galeis Cochlearæ texerunt tempora parua.  
 Confliterant alte stipati in margine ripæ,  
 Crispabantq. hastas animis præsentibus omnes:  
 Tum pater omnipotens in Cælū conuocat altum  
 Calicolas, bellī faciem demonstrat, vi ingens  
 Stet numero, ac uis bellatū, ut segete horreat ag-  
 Hastarū, qualis Centaurorū, atq. gigantū (men  
 Est acies, ridensq., Deūm, quasiuit, an ullus  
 Fexret opē Runis, aut Muribus, Inde Minervā,  
 Esita suppetias num quaſo Muribus ibis?  
 Namq.

Namq. tuis semper uersuntur in adibus omnes,  
 Sacra tibi reducti nidore, cibisq. operantum.  
 Talia fatus erat Saturnius, illaque reddit:  
 O pater haud unquā infractis ego Muribus irō  
 Suppetras, mihi qui multorum causa malorum,  
 Stemmatā lēdentes, & lychnos propter olsuum:  
 Sed scelus hoc animū mī offēdit, et asperat, ausi  
 Rodere sunt peplum, quem sauo operata labore  
 Texueram ex molli trama, et quae tenuia necit  
 Staminibus, fecere canū hūc mīhi sutor at istat  
 Iam repetens fēnus, mea quo mens astutat ira,  
 Mutua nāq. habui subtegmura, reddere nec mi  
 Nec tamē auxilio me Ranis crede futurā. (est:  
 His quoque mentis abest prudētū, nāque redire  
 Dum bello, ingenti confectam membra labore  
 Turbuere, suo ne somni grata tumultū  
 Munera nec paulū cūperē, et quā maxima noctē  
 Insomnem capit is confecta dolore peregi.  
 Quare agite auxilio non has, illos veleuemus.  
 Ancipiti redeat ne quisquam saucius hastā:  
 Namq; illis animus præsens pugnare, vel ipsi  
 Si occurrant superi. Nos Cælo pralia lati  
 Spectemus: Sic fata Dea, assensereq; Diuūm  
 Turba, locumq. simul concurrit in unum  
 Permixta: At bellū ductores signa ferentes  
 Descēdunt Culices, magno & clāgore tubarium  
 Accēdunt martē robo. it, qbus arma, et Olympi  
 Iuppiter intonuit bellū mala signa cruentis,  
 Primus & Hypsiboas Lichenora perculit hastā,  
 Statē i principijs, mediū ei trāsuerberat Hepar.  
 Volutur inq; cupit, fædanthr puluere crines.

Trogl-

*Troglodites in Peliona volatile telum  
 Mox vacit, in penetrale recondens pectoris, ille  
 Mortis in amplexus cedit, et mēs deserit artus,  
 Scutlaus fixo sternit corde Embasichyrum,  
 Artophagusq. hastā Polyphoni in vētre recōdit,  
 Corruis inq; caput, mensq; ipsos deserit artus.  
 Ast ubi Limnocharis Polyphoni funera vides,  
 Perculit anteuolans saxo in ceruice sonanti  
 Troglodytē media, atq. illum nox abstulit acri,  
 Lichenorque ipsum fulgenti vulnerat ense.  
 Inque Hepar, non in ventos abiit, fugit olla,  
 Viso hoc Crambophagus, ripas ē labitur altis,  
 Nec tamē est immersus aquis, nā se impulit ipso  
 Nec casu futum traxit, eam tota rubebat sum,  
 Sanguine sincta, palus sespsū hic extēdit in acta  
 Pinguisbus inflatus turgenia pectora uenit,  
 Tyroglypho in ripis vitam Limnesius aufert,  
 Pternoglyphūq. vidēst imuit Calaminihius; ide  
 Dat fugiens preceps clypeo se in stagna relitto:  
 Pternophagi Hydrocharis demittit corpora mori  
 Occupat ē saxoguttur, cerebrūq. cruentis (tr.)  
 Naribus erumpens fēdauit sanguine terras.  
 Lichopinax sacrum mox sternit Borborocetem,  
 Aggrediens hasta, huic condūtur lumina nocte,  
 Prassophagusq. videns traxit pede Cnissodioctē,  
 Inque palude manu extinxit ceruice repressa:  
 Verum Psycharpax socios non passus inultos,  
 Pelusii exegit medium per viscera ferrum,  
 Labitur infelix, animusq. in Tartara migrat,  
 Pelobates viso hoc luti vibrauit in illum  
 Pilam desurpans frontem, quasi luminis usum  
 Perdis-*

Perdidit ille, graues surgunt tunc iā altius ira.  
 Atque manus arripiens tellures pondera faxum  
 Pelobatē sub genua ferit, perfractaq. dextra est  
 Tibia tota pedis fædo cadit inq; supensus  
 Puluere, Crābasidesq. vltus, naq; opprimit olli,  
 Sub mediumq. haurit ventrē, totumq. recondit  
 Iuncū intra pectus, spargunturq. omnia passim.  
 Viscera humi, educta dum fortis dexterat elum.  
 Hec ubi Sitophagus secreta vidit inacta,  
 Vulnera quē tardant, cedes retro ager anhelat.  
 Seque dat infossam, sot instantia fata moretur.  
 In pede Troxartes summo Physignaton haurit.  
 Hicq. male acceptus se saltu in stagna recepit,  
 Ut cecidisse videt Troxartes exanimatum.  
 Protinus aggreditur iā ardens demitere lato.  
 Exanimem cecidisse videns Prassaus in hostem  
 Vulnificum ante uolans subito usbruit iuncum.  
 Haud fregit Clypeū, verū baste ibi cuspis inha-  
     Mus fuit hic uiuenis, quo nō p̄stātor alter(i) sit.  
 Comminus ire hostes, soboles clara Artepibuli  
 Dux grauis, iuictū dicas Meridarpaca Martē.  
 Unus qui pulmam bellandi ex muribus ausert,  
 Costitus ad stagnum exultans procul oībus unus  
 Ranarum certus generosam excindere gentem;  
 Nec frustrata foret spes illum, robore namque  
 Stant solido vires, nisi Rex, hoīumq; Deūmq;  
 Aspiciens subito miseratus fata fuisse  
 Ranarum, caput hic quatiens sic ora resolut:  
 Proh superi, q̄ īgēs facinus mea lumina cernūt,  
 Me stupor hand parvus magni Meridarpaces ur  
 Perdere qđ Ranas iaq; suelit, Ast age Cælo(g. 1,  
Praes.

Pralia misericordem mittamus Pallada, Marteve,  
 Illum qui valeant quamuis arcere furentem:  
 Iuppiter ista dedit, reddit cui talia Mauors,  
 Palladis haud vires poterunt Saturnie, Mauors,  
 Nec poterit Ranis presens auertere fatum.  
 Verum agite auxilio totus descendat Olympus,  
 Vels sacra tu urma mose, Titanas que ista quo  
 Dextera confecit praestates robore, et armis, (da  
 Vixisti Enceladu, atq. illa agmina sua gigantu,  
 Vix ea. E) ardenter taculatur Iuppiter igne,  
 Intonuit prius, E) magnu tremefecit Olympu:  
 Mox fulmē torquēs (telum horrificum Iouis) alto  
 Dem sit Caelo, uolat (haud mora) missile ferru,  
 Et Ranas, Muresq. simul stravit paucor, audax  
 Nō tamē à pugna abductu est Murū agmen, at  
 Ranarum magis ardebat euertere gentē, (usq.  
 Nec spes vana, nisi miseratus Iuppiter astris  
 Misisset subito, quae ferrent agmina Ranis  
 Auxilium, improuisa & animates ungue recurvo,  
 Incudemq. adfunt gestantes tergore, torto  
 Incessu. E) curvi, quibus instar forcipis ora,  
 Testam induit, ostoti, latiterga, humerisq.  
 Fulgentes, valgi, manibus riget aspera nerui  
 Durrites, medeq. gerunt in pectore lumen,  
 Octopedes, gemina indomiti cernuice, uocantur,  
 (Nifullor) Cancri, qui caudas ore secabant  
 Muribus, atq pedes, E) brachia mordicus, hastas  
 Cuecantur, Murū timer hoc, nec sustinet agnē,  
 Arripuntq. fugā, et iā undiscaput igniferū Sol  
 Merferat, atque una sic bellum luce peractum.

F I N I S.











T  
BIBLIOT

Sala

Núm

**TOLEDO**  
—  
**OTECA PROVIN**

la.....Reserv  
mero.....39

596

Res.  
596